THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, Mitte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

temptat deum. Orans tunc temptare
videtur cum illud pro quo orat nec
impetrare desiderat nec se acceptum
sperat. Preparacio multum valet ad hoc ut
homo exaudiatur in oracione. Unde preparacione
cordis audivit auris mea. Huius prepa-
racionis figura est quam facit sacerdos ce-
lebraturus induendo se sacris vesti-
bus. Item hanc preparacionem nobis com-
mendat templi edifficacio et orna-
tus ipsius. Primus edifficavit
Salomon templum deinde ad deum ora-
vit. Et notandum quod duplex est preparacio ad
orandum quedam propinqua, quedam remo-
ta. Ad propinquam pertinet quod homo bene vi-
vat. Gregorius Quid mirum si postulan-
tes a domino tarde audimur qui precipien-
tem deum nullo aut tarde audimus.
Idem Clamorem angustie dominus
non audit quia tranquillitatis tempore
preceptis suis ipse dominum clamantem non
audivit. Ysidorus Si id quod deus pre-
cipit facimus id quod petimus sine du-
bio obtinemus. Cicius exaudit una
obedientis oracio quam vigenti milia con-
temptoris, quia oculi domini super
iustos et aures eius in preces eorum.
Sunt nonnulli intra sanctam ecclesiam qui
prolixas oraciones ad deum fundunt sed
vitam deprecancium non habent. Item ad prepa-
racionem remotam specialiter videntur pertinere
ieiunium elemosina que specialiter iuvat
oracionem. Unde au thue in quo specialiter
significatur carnis maceracio id est ieiunium
Posui faciem meam ad dominum deum
meum rogare et deprecari ieiunio et

sacco et cinere. Qui ieiunio corpus
suum macerat dei misericordiam assumit
dei iram provocat et sic oracionem
iuvat. Qui vero elemosinam dat
dum misericors in proximo existit deum
misericordem sibi invenit. Mathei Beati
misericordes et cetera. Ysaias Frange esu-
rienti panem tuum et cetera. Tunc invoca-
bis me et exclamabis et dices
ecce assum, quia misericors deus tuus.
Qui vult impetrare ab aliquo premit-
tit munera ut facilius impetret. Ecclesiasticus
Conclude elemosinam in sinu pauperis
et hec orat pro te. Item ad preparacionem
remotam videtur pertinere confessio homini
facta. Jacobus Confitemini alterutrum
peccata vestra. Et sacerdos celebraturus
missam facit generalem confessionem. Item
ad propinquam vero preparacionem. Primo
videtur pertinere revocacio cordis ab
exterioribus ad interiora cum remocione
eius. Mathei Tu autem cum oraveris intra
in cubiculum et cetera. Ingressus cubiculum est
cordis revocacio clauso hostio est cor-
dis intencio. Fatuum est deum invocare
ut ad se veniat si homo eum non ex-
pectat. Ambrosius Omnes nobis cau-
samus deesse graciam sed multus gracia
ipsa conqueritur non nullos sibi deesse.
Secundo pertinet ad propinquam preparacionem
consideracio sui ipsius. Debemus nos
metipsos coram deo constituere quasi
faciem ad faciem et in luce eius prospicere
tribulacionem de nobis venientem
Claude tunc cubiculum intus est qui exaudiat